

6ème Dimanche après l'Épiphanie (transféré)

Dimanche 17 novembre 2024

● 2ème classe

INTROÏT *Jérémie 29, 11-14*

Dicit Dóminus : Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis : invocábitis me, et ego exáudiam vos : et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. **Ps. 84** Benedixísti, Dómine, terram tuam : avertísti captivitátem Iacob. **V.** Glória Patri.

Le Seigneur dit : J'ai des pensées de paix et non de malheur ; vous m'invoquerez et je vous exaucerai, et de partout je ramènerai vos captifs. **Ps. 84** Seigneur, vous avez béni votre terre ; vous avez fait cesser la captivité de Jacob. **V.** Gloire...

COLLECTE

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus : ut, semper rationabília meditántes, quæ tibi sunt plácita, et dictis exsequámur et factis. Per Dóminum.

Nous vous en prions, Dieu tout-puissant : faites que, méditant sans cesse ce qui est raisonnable, nous accomplissions en paroles et en actes les choses qui vous plaisent.

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Thessaloniens I, 1, 2-10*

Fratres : Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri faciéntes in oratióibus nostris sine intermissióne, mémores óperis fidei vestræ, et labóris, et caritátis, et sustinéntiæ spei Dómini nostri Iesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum : sciéntes, fratres, dilécti a Deo. electiónem vestram : quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spíritu Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in tribulatióne multa, cum gáudio Spíritus Sancti : ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia et in Acháia. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia et in Acháia, sed et in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant, qualem intróitum habuérimus ad vos : et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et exspectáre Fílium eius de cælis (quem suscitávit ex mórtuis) Iesum, qui erípuit nos ab ira ventúra.

GRADUEL *Psaume 43, 8-9*

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos : et eos, qui nos odérunt, confudísti. *Ÿ.* In Deo laudábimur tota die : et in nómine tuo confitébimur in sæcula.

ALLÉLUIA *Psaume 129, 1-2*

Mes frères, nous rendons à Dieu de continuelles actions de grâces pour vous tous, nous souvenant sans cesse de vous dans nos prières, et nous rappelant devant Dieu, notre Père, les œuvres de votre foi, les travaux de votre charité, et la constance de votre espérance en notre Seigneur Jésus-Christ ; sachant, frères bien-aimés de Dieu, quelle a été votre élection. Car notre prédication de la bonne nouvelle ne l'a pas été en paroles seulement, mais aussi avec puissance, et avec l'Esprit Saint et une grande abondance de grâces. Vous savez de même ce que nous avons été parmi vous pour votre salut ; et vous êtes devenus nos imitateurs, et les imitateurs du Seigneur, recevant sa parole au milieu de beaucoup de tribulations avec la joie du Saint-Esprit ; en sorte que vous en êtes venus à servir d'exemple à tous les fidèles de Macédoine et de Grèce. En effet, ce n'est pas en Macédoine et en Grèce seulement que la parole du Seigneur se répandit de chez vous ; mais votre foi en Dieu est si connue que nulle part nous n'avons besoin d'en rien dire. Eux-mêmes en effet nous racontent quel accès nous avons eu auprès de vous et comment vous vous êtes détournés des idoles vers le Seigneur, pour servir le Dieu vivant et vrai, et attendre du ciel son Fils Jésus, qu'il a ressuscité d'entre les morts et qui nous a délivrés de la colère à venir.

Seigneur, vous nous avez délivrés de ceux qui nous affligeaient ; et vous avez confondu ceux qui nous haïssaient. *Ÿ.* En Dieu nous nous glorifierons tout le jour et nous célébrerons à jamais votre nom.

Allelúia, allelúia. *Ÿ*. De profúndis clamávi ad te, Dómine : Dómine, exáudi oratiónem meam. Allelúia.

Allelúia, allélúia. *Ÿ*. Du fond de l'abîme j'ai crié vers vous, Seigneur ; Seigneur, exaucez ma prière. Allélúia.

+ ÉVANGILE *selon saint Matthieu 13, 31-35*

In illo tēpore : Dixit Iesus turbis parabolam hanc : Símile est regnum cælórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo : quod mínimum quidem est ómnibus semínibus : cum autem créverit, maius est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres cæli véniant et hábitent in ramis eius.

Aliam parabolam locútus est eis : Símile est regnum cælórum fermento, quod accéptum múlier abscondit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum.

Hæc ómnia locútus est Iesus in parábolis ad turbas : et sine parábolis non loquebátur eis : ut implerétur quod dictum erat per Prophétam dicentem : Apériam in parábolis os meum, eructábo abscondita a constitutióne mundi.

En ce temps là, Jésus dit aux foules cette parabole : « Le royaume des cieus est semblable à un grain de sénevė, qu'un homme a pris et semé dans son champ. C'est la plus petite de toutes les semences, mais lorsqu'elle a poussé, elle dépasse toutes les plantes et devient un arbre, de sorte que les oiseaux du ciel viennent habiter dans ses branches. »

Il leur dit une autre parabole : « Le royaume des cieus est semblable au levain qu'une femme prend et met dans trois mesures de farine, pour faire lever toute la pâte. »

Tout cela, Jésus le dit aux foules en paraboles, et il ne leur parlait pas sans paraboles, afin que fût accompli ce qui avait été dit par le prophète : *J'ouvrirai ma bouche en paraboles, je publierai des choses cachées depuis la création du monde.*

OFFERTOIRE *Psaume 129, 1-2*

De profúndis clamávi ad te, Dómine : Dómine, exáudi oratiónem meam : de profúndis clamávi ad te. Dómine.

Du fond de l'abîme j'ai crié vers vous, Seigneur ; Seigneur, exaucez ma prière ; du fond de l'abîme j'ai crié vers vous, Seigneur.

SECRÈTE

Hæc nos oblátio, Deus, mundet, quæsumus, et rénovet, gubérnet et protégat. Per Dóminum.

Que cette offrande, nous vous en prions, ô Dieu, nous purifie et nous renouvelle, nous dirige et nous protège.

PRÉFACE DE LA SAINTE TRINITÉ

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere : Dömine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus :

Qui cum Unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus : non in uníus singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto, sine discretióné sentímus. Ut, in confessióné veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas.

Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séráphim, qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes :

COMMUNION *Marc 11, 24*

Amen, dico vobis, quidquid orántes pétitis, créдите quia accipiétis, et fiet vobis.

POSTCOMMUNION

Cæléstibus, Dömine, pasti delíciis : quæsumus ; ut semper éadem, per quæ veráciter vívimus, appetímus. Per Dóminum.

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-puissant.

Avec votre Fils unique et le Saint-Esprit, vous êtes un seul Dieu, un seul Seigneur ; non dans l'individualité d'une seule personne, mais dans la Trinité d'une seule substance. Car ce que nous croyons, sur la foi de votre révélation, au sujet de votre gloire, nous le pensons indistinctement et de votre Fils et de l'Esprit Saint, sans aucune différence ; en sorte que, dans la confession de la véritable et éternelle divinité, sont adorées et la propriété dans les Personnes, et l'unité dans l'essence, et l'égalité dans la majesté.

C'est elle que louent les Anges et les Archanges, les Chérubins et les Séráphins, qui ne cessent de chanter chaque jour, disant d'une seule voix...

En vérité, je vous le dis, tout ce que vous demandez dans vos prières, croyez que vous le recevrez, et cela vous sera donné.

Nourris de vos célestes délices, nous vous en prions, Seigneur : puissions-nous toujours les désirer, elles par qui nous vivons véritablement.